

patrum suorum a triginta annis
et supra usque ad annum quinquagesimum omnes qui ingrediuntur
ad explendos ritus tabernaculi sederunt
et inuenta sunt tria milia
ducenta. hic est numerus filiorum
merari. quos recensuerunt moyses
et aaron iuxta imperium domini
per manum moysi. Omnes qui recensiti
sunt de leuitis. et quos fecit
ad nomen moyses et aaron et principes
israhel per cognationes et domos
patrum suorum. a triginta annis
et supra usque ad annum quinquagesimum
ingredientes ad ministerium
tabernaculi. et onera portanda
fuerunt simul octo milia quingenta
octoginta. Iuxta uerbum domini
recensuit eos

L moyses unum quemque iuxta officium
et onera sua: sicut preceperat
ei dominus.

Locutusque est dominus ad moysen
dicens. Precipe filiis israhel ut eiciant
de castris omnem leprosum: et
qui semine suum pollutusque est
super mortuo. Nam masculinum quam
feminam eicite de castris: ne contaminent
ea cum habitauerint uobiscum.
Feceruntque ita filii israhel.
et eiecerunt eos extra castra:
sicut locutus est dominus moysi.
Locutusque est dominus ad moysen
dicens. Loquere ad filios israhel. Vir
siue mulier. cum fecerint ex omnibus
peccatis que solent hominibus
accidere. et per negligentiam transgressi
fuerint mandatum domini atque deliquerint.
confitebuntur peccatum suum: et red-

dent ipsum caput quintamque partem
desuper ei in quem peccauerint.
Sin autem non fuerit qui recipiat:
dabunt domino. et erit sacerdotis. excepto
ariete qui offertur pro expiatione
ut sit placabilis hostia. Omnis quoque
primitie quas offerunt filii israhel.
ad sacerdotem pertinent: et quicquid
in sanctuarium offeret a singulis
et traditur in manibus sacerdotis.
ipsius erit.

Locutusque est dominus ad moysen
dicens. Loquere ad filios israhel: et dices
ad eos. Vir cuius uxor errauerit. maritumque
contempnens dormierit cum alio uiro.
et hoc maritus deprehendere non
quiuerit. sed latet adulterium. et
testibus argui non potest. quia non
est inuenta in stupro: si spiritus
zelotipie concitauerit uirum
contra uxorem suam que uel
polluta est uel falsa suspitione
appetitur. adducet eam ad sacerdotem
et offeret oblationem pro illa.
decimam partem sari farinæ
ordeatæ. Non fundet super eam
oleum. nec imponet thus: quia
sacrificium zelotipie est. et oblatio
inuestigans adulterium. Offeret
igitur eam sacerdos et statuet
coram domino: assumetque aquam
sanctam in uas fictile. et paucillum
terre de pavimento tabernaculi
mittet in eam. Cumque steterit
mulier in conspectu domini: discooperiet
et caput eius. et ponet super manus
illius sacrificium recordationis et
oblationem zelotipie. Ipse autem
tenebit aquas amarissimas. in quibus
cum execratione maledicta con-

gessit: adiurabitq; eam et dicit. Si
 non dormiuit uir alienus tecum.
 et si non polluta es deserto mariti
 thoro: non te nocent aquae istae
 amarissime. in quas maledicta con-
 gessi. Si autem declinasti a uiro tuo
 atq; polluta es. et concubisti cum
 altero uiro: his maledictionibus
 subiacebis. Det te dominus in maledicti-
 onem exemplumq; cunctorum. in
 populo suo. Putrescere faciat femur
 tuum: et tumens uenter tuus dis-
 rumpatur. Ingreantur aquae
 maledictae in uentrem tuum: et
 uero tumescente putrescat femur.
 Et respondebit mulier. Amen amen.
 Scribetq; sacerdos in libello ista ma-
 ledicta. et dabit ea aquis amaris-
 simis in quas maledicta congestit:
 et dabit ei bibere. Quas cum exhau-
 serit tollet sacerdos de manu eius
 sacrificium zelotipie. et deuabit
 illud coram domino. imponetq; sup
 altare: ita dum taxat. ut prius
 pugillum sacrificij tollat. de eo quod
 offertur. et incendat sup altare.
 et sic potum det mulieri: aquas
 amarissimas. Quas cum biberit:
 si polluta est et contempto uiro
 ad ulterij rea. pertransibunt eam
 aquae maledictionis. et inflato
 uentre computrescet femur. Erig;
 mulier in maledictionem. et in
 exemplum omni populo. Quod
 si polluta non fuerit: erit innoxia
 faciet liberos. Ista est lex zelotipie:
 si declinauerit mulier a uiro suo.
 et si polluta fuerit. maritusq; ze-
 lotipie spiritu concitatus adduxe-
 rit eam in conspectu domini: et fece-

rit ei sacerdos iuxta omnia que scrip-
 ta sunt. Maritus absq; culpa erit:
 et illa recipiet iniquitatem suam. ¶
 Locutusq; est dominus ad moysen: dicens.
 Loquere ad filios israel: et dices ad eos.
 Vir siue mulier cum fecerint uotum
 ut sanctificentur. et se uoluerint
 domino consecrare: uino et omni quod
 in ebriari potest. abstinebunt. Ace-
 tum ex uino et ex qualibet alia
 potione et quicquid de uua expri-
 mitur: non bibent. Quas recentes
 siccasq; non comedent: cunctis die-
 bus quibus ex uoto domino consecrantur.
 Quicquid ex uinea esse potest ab
 uua passa usq; ad acinum: non co-
 medent. Omni tempore separatio-
 nis suae. nouacula non transibit
 sup caput eius: usq; ad completum
 diem quo domino consecratur. Sanctus
 erit crescente: cesarie capris eius.
 Omni tempore consecrationis suae
 sup mortuum non ingredietur.
 nec sup patris quidem et matris.
 et fratris. sororisq; funere conta-
 minabitur: quia consecratio dei
 sui sup caput eius est. Omnes dies
 separationis suae. sanctus erit domino.
 Si autem mortuus fuerit subito
 coram eo: polluetur caput conse-
 crationis eius. Quod radet ilico:
 et in eadem die purgationis suae.
 et rursus septima. In octauo au-
 tem die offeret duos turtures uel
 duos pullos columbe sacerdoti in
 introitu tabernaculi testimonij: facietq;
 sacerdos unum pro peccato et alte-
 rum in holocaustum. et deprecabi-
 tur pro eo quia peccauit sup
 mortuo. Sanctificabitq; caput ei

in die illo: et consecrabit dño. Dies
 separationis illius. offerens agnum
 ammiculum pro peccato: ita tamen
 ut dies priores irru fiant. qm̄ pol-
 luta est sanctificatio eius. Ista est
 lex consecrationis. Cum dies quos
 ex uoto decruerat complebuntur:
 adducet eum ad ostium taberna-
 culi federis. et offeret oblationem
 eius dño agnum ammiculū im-
 maculatum pro peccato in holo-
 caustum. et ouem ammiculam im-
 maculatam pro peccato. et arietē
 immaculatum hostiam pacificā.
 Canistrū quoq; panum azimorū.
 qui conspsi sint oleo et lagana
 absq; fermento. uncta oleo ac liba-
 mina singulorū que offeret sacer-
 dos coram dño: et faciet tam pro
 peccato quam in holocaustū. Ari-
 etem uero immolabit hostiā paci-
 ficam dño: offerens simul canistrū
 azimorū. et libamenta que ex mo-
 re debentur. Tunc radet nazare-
 us ante ostium tabernaculi fede-
 ris cesarie consecrationis sue. tol-
 letq; capillos eius et ponet sup ig-
 nem qui est sub positus sacrificio
 pacificorū et arnum coctū arie-
 tis. tortamq; panis absq; fermento
 unam de canistro et laganū azi-
 mum unū: et tradet in manibus
 nazarei. postquā rasum fuerit ca-
 put eius. Susceptaq; rursū ab
 eo eleuabit in conspectu dñi. et
 sanctificata sacerdotis erunt: si-
 cut peccusculū quod separari ius-
 sum est et femur. Post hec: potest
 bibere nazareus uinum. Ista est
 lex nazarei: cum uouerit oblatio-

nem suam dño. tempore consecra-
 tionis sue. exceptis his que inuenie-
 rit manus eius. Iuxta quod mente
 deuouerat ita faciet: ad pfectionē
 sanctificationis sue.

Locutus est dñs ad moysen dicens:
 Loquere aaron et filijs eius. Sic be-
 nedicetis filijs isrl: et dicens eis. Be-
 nedicat tibi dñs: et custodiat te.
 Ostendat dñs faciem suam tibi:
 et misereatur tui. Conuertat dñs
 uultum suum ad te: et det tibi pa-
 cem. Inuocabunt nomen meum
 sup filios isrl: et ego benedicā eis.

Factum est autem in die qua cō-
 pleuit moyses tabernaculum et
 erexit illud. unxitq; et sanctifica-
 uit illud cum omnib; uasis suis.
 altare similiter et uasa eius: ob-
 tulerunt principes isrl et capita
 familiarum qui erant p singu-
 las tribus prefeti eorū qui nume-
 rati fuerant. munera coram dño.
 sex plaustra tecta cum duodecim
 bobus. Unum plaustrū obtulerit
 duo duces: et unū bouem sin-
 guli. Obtuleruntq; eam conspectu
 tabernaculi. At autē dñs ad moy-
 sen. Suscipe ab eis. ut seruiant in
 ministerio tabernaculi: et tra-
 das ea leuitis iuxta ordinē mini-
 sterij sui. Itaq; cum suscepisset moy-
 ses plaustra et boues: tradidit eos
 leuitis. Duo plaustra et quatuor
 boues: dedit filijs gerson iuxta
 id quod habebant necessarium.
 Quatuor alia plaustra et octo bo-
 ues dedit filijs merari. scdm offi-
 cia et cultum suum: sub manu
 ithamar filij aaron sacerdotis.

o u - de benedice

CVII;

Filijs autē caath non dedit plaustra
 et boues: quia in sanctuario serui-
 unt. et onera proprijs portant
 humeris. **I**gitur obtulerūt ducē in
 dedicationem altaris. die qua un-
 ctum est oblationem suam: ante
 altare. Dixitq; dñs ad moysen. Sin-
 guli duces p̄ singulos dies offerant
 munera in dedicationē altaris.
 Primo die obtulit oblationem
 suam naason filius aminadab:
 de tribu iuda. Fueruntq; in ea a-
 citabulum argenteū pondo cen-
 tum triginta siclorum. fiala argē-
 tea habens septuaginta siclos iux-
 ta pondus sanctuarij: utrumq;
 plenum simila conspsa oleo in sa-
 crificium. Mortariolum ex decē
 siclis aureis: plenum incenso. Bo-
 uem de armento. et arietem et ag-
 num anniculum in holocaustum:
 hircumq; pro peccato. Et in sacri-
 ficio pacificorum: boues duos. ari-
 etes quinque. hircos quinque. agnos
 anniculos quinque. hec est oblatio
 naason filij aminadab. Secundo
 die obtulit nathanahel filius su-
 ar. dux de tribu isachar. acitabu-
 lum argenteum appendens centū
 triginta siclos. fialam argenteam
 habentē **lxx** siclos iuxta pondus san-
 ctuarij: utrumq; plenum simila
 conspsa oleo in sacrificiū. Mor-
 tariolum aureum habens decem
 siclos plenum incenso: bouem de
 armento et arietem et agnum an-
 niculum in holocaustum. hircūq;
 pro peccato. Et in sacrificio paci-
 ficorum: boues duos. arietes quinque.
 hircos quinque. agnos anniculos

quinque. hec fuit oblatio nathana-
 hel filij suar. Tercio die princeps
 filiorū zabulon heliab filius he-
 lon. obtulit acitabulum argen-
 teum appendens centū triginta
 siclos. fialam argenteam habentē
 septuaginta siclos. ad pondus san-
 ctuarij: utrumq; plenum simila
 conspsa oleo in sacrificium. Mor-
 tariolum aureum appendens **x** si-
 clos plenum in censo: bouem de
 armento. et arietem. et agnum
 anniculum in holocaustum. hircū-
 q; pro peccato. Et in sacrificio
 pacificorū: boues duos. arietes quinque.
 hircos quinque. agnos anniculos
 quinque. hec est oblatio heliab fi-
 lij helon. Die quarto. princeps fili-
 orum ruben helisur filius sedeur
 obtulit acitabulum argenteum
 appendens centum triginta siclos.
 fialam argenteam habentem sep-
 tuaginta siclos ad pondus sanctu-
 arij: utrumq; plenum simila con-
 spsa oleo in sacrificium. Mortari-
 olum aureum appendens decem
 siclos plenum incenso. bouem de
 armento. et arietem. et agnum
 anniculum in holocaustum. hircū-
 q; pro peccato. Et in hostias
 pacificorū: boues duos. arietes
 quinque. hircos quinque. agnos an-
 niculos quinque. hec fuit oblatio
 helisur filij sedeur. Die quinto:
 princeps filiorum simeon. sala-
 mibel filius surisaddai. obtulit
 acitabulum argenteū appendens
 centum triginta siclos. fialam ar-
 genteam habentem septuaginta
 siclos ad pondus sanctuarij: utrumq;

plenum simila conspisa oleo in sacrificium. Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armento et arietem et agnū anniculum in holocaustum. hircumq; pro peccato. Et in hostias pacificorum: boues duos. arietes quinq;. hircos quinq;. agnos anniculos quinq;. hec fuit oblatio salamibel filij sursaddai. Die sexto. princeps filiorum gad. heliasaph filius dubel. obtulit acitabulum argenteum. appendens centum triginta siclos. fialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij: utrumq; plenum simila. conspisa oleo in sacrificium. Mortariolum aureum appendens siclos decem plenum incenso: bouem de armento. et arietem. et agnum anniculum in holocaustum: hircumq; pro peccato. Et in hostias pacificorum: boues duos. arietes quinq;. hircos quinq;. agnos anniculos quinq;. hec fuit oblatio heliasaph filij dubel. Die septimo. princeps filiorum ephraim. helisama filius amud. obtulit acitabulum argenteum. appendens centum triginta siclos. fialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij: utrumq; plenum simila conspisa oleo in sacrificium. Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armento. et arietem. et agnū anniculum in holocaustum: hircumq; pro peccato. Et in hostias pacificorum: boues duos. arietes quinq;. hircos quinq;. agnos anniculos quinq;. hec fuit obla-

tio helisama filij amud. Die octauo. princeps filiorum manasse: gamalibel filius phadasur. obtulit acitabulum argenteum. appendens centum triginta siclos. fialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij: utrumq; plenum simila conspisa oleo in sacrificium. Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armento. et arietem. et agnum anniculum in holocaustum. hircumq; pro peccato. Et in hostias pacificorum: boues duos. arietes quinq;. hircos quinq;. agnos anniculos quinq;. hec fuit oblatio gamalibel filij phadasur. Die nono. princeps filiorum beniamin. abidan filius gedemif. obtulit acitabulum argenteum appendens centum triginta siclos. fialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij: utrumq; plenum simila conspisa oleo in sacrificium. Mortariolum aureum appendens siclos decem plenum incenso: bouem de armento. et arietem. et agnum anniculum in holocaustum: hircumq; pro peccato. Et in hostias pacificorum: boues duos. arietes quinq;. hircos quinq;. agnos anniculos quinq;. hec fuit oblatio abidan filij gedemif. Die decimo. princeps filiorum dan. abiezter filius amisaddai. obtulit acitabulum argenteum. appendens centum triginta siclos. fialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij: utrumq; plenum simila conspisa oleo in

sacrificium Mortariolū aurum
 appendens decem siclos plenum in
 censo: bouem de armento. et arie-
 tem. et agnum anniculū in holo-
 caustum: hīrtumq; pro peccato.
 Et in hostias pacificorum: boues
 duos. arietes quinq;. hīrtos q̄nq;.
 agnos anniculos quinq;. Hec fuit
 oblatio abiezr filij amissaddai.
 Die undecimo. princeps filiorum
 aser. phazibel filius ochran. obtu-
 lit acitabulum argenteū. appen-
 dens centum triginta siclos. fialā
 argenteam habentem septuagin-
 ta siclos ad pondus sanctuarij: u-
 trumq; plenū simila conspersa
 oleo in sacrificium. Mortariolū
 aurum appendens decem siclos
 plenum incenso: bouem de armē-
 to. et arietem. et agnum annicu-
 lum in holocaustum: hīrtumq;
 pro peccato. Et in hostias pacifico-
 rum: boues duos. arietes quinq;.
 hīrtos quinq;. agnos anniculos
 quinq;. Hec fuit oblatio phazi-
 hel filij ochran. Die duodecimo.
 princeps filiorū neptalum. ahira
 filius enan. obtulit acitabulum
 argenteum appendens centum
 triginta siclos. fialam argenteā
 habentem septuaginta siclos ad
 pondus sanctuarij: utrūq; ple-
 num simila conspsa oleo in sa-
 crificium. Mortariolum aureū
 appendens decem siclos plenum
 incenso: bouem de armento. et
 arietem. et agnum anniculum
 in holocaustum: hīrtumq; pro
 peccato. Et in hostias pacificorū:
 boues duos. arietes quinq;. hīrt-

cos quinq;. agnos anniculos quinq;.
 Hec fuit oblatio ahira filij enan. Hec
 in dedicatione altaris oblata sunt
 a principibus isrl: in die qua conse-
 cratum est. Acitabula argentea: du-
 odecim. Fiale argenteę duodecim.
 mortariola aurea duodecim: ita
 ut centum triginta argenti siclos
 haberet unum acitabulum. et sep-
 tuaginta siclos una fiala id est in cō-
 mune uasorum omnium ex argento
 sicut duo milia quadringenti pon-
 dere sanctuarij. Mortariola aurea
 duodecim plena incenso. denos si-
 clos appendentia pondere sanctua-
 rij: id est simul auri sicut centum
 uiginti. Boues de armento in ho-
 locaustum duodecim. arietes duo-
 decim. agni anniculi duodecim. et
 libamenta eorū: hīrti duodecim
 pro peccato. Hostie pacificorū: bo-
 ues uiginti quatuor. arietes sexagin-
 ta. hīrti sexaginta. agni anniculi
 sexaginta. Hec oblata sunt in dedi-
 catione altaris: quando unctū est.
Umq; ingrederetur moyses ta-
 bernaculum federis ut consuleret
 oraculum: audiebat uocem loque-
 tis ad se. de propiciatorio qđ erat
 sup archam testimonij inter duos
 cherubim. unde et loquebatur ei.
 Locutus est dñs ad moysen: dicens.
 Loquere aaron: et dices ad eum. Cū
 posueris septem lucernas: contra eā
 partem quam candelabrum respi-
 cit lucere debent. Fecitq; aaron
 et imposuit lucernas sup candela-
 brum: ut preceperat dñs moysi.
 Hec autē erat factura candelabri.
 Ex auro ductili. tam medius stipes

Wms

quam cuncta ex utroq; calamoꝝ
latere. nascebantur. Iuxta exemplū
quod ostendit dñs moysi: ita ope-
ratus est candelabrum.

Locutus est dñs ad moysen: dicens.
Tolle leuitas de medio filioꝝ isrl:
et purificabis eos iuxta hunc ritū.
Aspurgantur aqua lustrationis: et
radant omnes pilos carnis sue. Cūq;
lauerint uestimenta sua et mun-
dati fuerint: tollant bouem de
armentis. et libamentū eius. simi-
lam oleo conspalam. Bouem autē
alterum de armento accipies pro
peccato: et applicabis leuitas corā
tabernaculo federis. conuocata
omni multitudine filioꝝ isrl.
Cumq; leuitę fuerint coram dño:
ponent filij isrl manus suas super
eos. et offeret aaron leuitas. mui-
m in conspectu dñi a filiis isrl ut ser-
uiant in ministerio eius. Leuitę
quoq; ponent manus suas sup ca-
pita bouum. Equib; unum facies
pro peccato. et alterū in holocau-
stum dñi: ut depreceris pro eis.
Statuesq; leuitas in conspectu aa-
ron et filioꝝ eius. et consecrabis
oblatos dño: ac separabis de medio
filioꝝ isrl. ut sint mei. Et postea
ingrediantur tabernaculū federis:
ut seruiant michi. Sicq; purifica-
bis. et consecrabis eos in oblationē
dñi: quoniam dono donati sunt
michi a filiis isrl. Pro primogeni-
tis que aperuunt omnem uulua-
m isrl: accepi eos. mea sunt enim
omnia primogenita filioꝝ isrl:
tam ex hominib; quā ex iumen-
tis. Ex die quo percussi omne pri-

mogenitum in terra egypti: san-
ctificauit eos michi. Et tuli leuitas
pro cunctis primogenitis filioꝝ
isrl: tradiditq; eos dono aaron et
filiis eius de medio populi ut ser-
uiant michi pro isrl in taberna-
culo federis. et orent pro eis. ne
fit in populo plaga: si ausi fuerint
accedere ad sanctuarium. Fecerūt
q; moyses et aaron et omnis multo-
tudo filioꝝ isrl sup leuitas: que
preceperat dñs moysi. Purificatiq;
sunt: et lauerunt uestimenta sua.
Elevauitq; eos aaron in conspectu
dñi: et orauit pro eis. ut purifica-
ti ingrederentur ad officia sua in
tabernaculum federis: coram aa-
ron et filiis eius. Sicut preceperat
dñs moysi de leuitis: ita factū est.
Locutus est dñs ad moysen: di-
cens. hec est lex leuitarū. A uiginti
quinq; annis et supra ingredient:
ut ministrent in tabernaculo fe-
deris. Cumq; quinquagesimum
annum etatis impleuerint. serui-
re cessabunt: eruntq; ministri fra-
trum suorum in tabernaculo fe-
deris. ut custodiant que sibi fue-
runt commendata. opera autem
ipsi non faciant. Sic dispones leui-
tas in custodijs suis. **ix.**
Locutus est dñs ad moysen in
deserto synai. anno scdo postquā
egressi sunt de terra egypti. men-
se primo: dicens. Faciant filij isrl
phase in tempore suo. quarta de-
cima die mensis huius ad uespe-
ram: iuxta omnes ceremonias et
iustificationes eius. Precepitq;
moyses filiis isrl: ut facerent pha-

se. Qui fecerunt tempore suo quarta decima die mensis ad uesperum: in monte synai. Iuxta omnia que mandauerat dñs moyse: fecerunt filij isrl. Ecce autē quidam immundi sup anima hominis qui non poterant facere pascha in die illo: accedentes ad moysem et aaron. dixerunt eis. Immundi sumus sup anima hominis. Quare fraudamur. ut non ualeamus offerre oblationem dño in tempore suo inter filios isrl. Quib; respondit moyses. State ut consulam. quid precipiat dñs de uobis. Locutusq; est dñs ad moysem: dicens. Loquere filiis isrl. Homo qui fuerit immundus sup anima siue in uia pcul in gente ur̄a: faciat phase dño mense secundo. quarta decima die mensis ad uesperum. Cum azimis et lactuicis agrestibus comedent illud. Non relinquent ex eo quippiam usq; mane: et os eius non confringent. Omnem ritum phase obseruabunt. Siquis autē mundus est et in itinere non fuit. et tamen n̄ fecit phase: exterminabitur anima illa de populis suis. quia sacrificium dño non obtulit tempore suo. Peccatum suum ipse portabit. Peregrinus quoq; et aduena si fuerit apud uos: faciet phase dñi iuxta ceremonialia et iustificationes eius. Preceptum idem erit apud uos tam aduene quam indigene. **I**gitur die qua erectum est tabernaculum. operuit illud nubes. A uespe autem sup tentorium erat quasi species ignis: usq; mane.

Sic fiebat iugiter. Per diem operiebat illud nubes: et per noctem quasi species ignis. **C**umq; oblata fuisset nubes que tabernaculum protegabat: tunc proficiscebantur filij isrl. Et in loco ubi steterat nubes: ibi castra metabantur. Ad imperium dñi proficiscebantur: et ad imperium illius figebant tabernaculum. Cunctis diebus quib; stabat nubes sup tabernaculum: manebant in eodem loco. Et si uenisset ut multo tempore maneret sup illud: erant filij isrl in excubijs dñi et non proficiscebantur. quotquot diebus fuisset nubes sup tabernaculum. Ad imperium dñi erigebant tentoria: et ad imperium illius deponcbant. Si fuisset nubes a uespe usq; mane. et statim diluculo tabernaculum reliquisset: proficiscebantur. Et si post diem et noctem recessisset: dissipabant tentoria. Si biduo aut uno mense uel longiori tempore fuisset super tabernaculum: manebant filij isrl in eodem loco. et non proficiscebantur. Statim autem ut recessisset: mouebant castra. Per uerbum dñi figebant tentoria: ip̄ uerbum illius proficiscebantur: etiamq; in excubijs dñi iuxta imperium eius permanum moyse. **L**ocutus est dñs ad moysem dicens. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles: quib; conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra. Cumq; incipueris tubis: congregabitur ad te omnis turba ad ostium federis taberna-

culi. Si semel clangueris: uenient ad te principes et capita multitudinis israel. Sin autem prolixior atque confusus clangor increpauerit: mouebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam. In secundo autem sonitu et pari ululatu tube: leuabunt tentoria qui habitant ad meridiem. Et iuxta hunc modum reliqui facient: ululantibus tuis in profectioe. Quando autem congregandus est populus: simplex tubarum clangor erit. et non confuse ululabunt. Filij aaron sacerdotum clangent tuis. Eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus uestris. Si exieris ad bellum de terra uestra contra hostes qui dimicant ad uersum uos. clangens ululantibus tuis: et erit recordatio uestra coram domino deo uestro. ut erui animi de manibus inimicorum uestrorum. Si quando habebitis epulum et dies festos et kalendas: canent tuis super holocaustis et pacificis uictimis. ut sint uobis in recordationem dei uestri. Ego dominus deus uester.

Anno secundo. mense secundo. uicesima die mensis: eleuata est nubes de tabernaculo federis. Profectique sunt filij israel per turmas suas de deserto synai: et recubuit nubes in solitudine pharan. moueruntque castra primi iuxta imperium domini in manu moysi filij iuda per turmas suas. quorum princeps erat naason filius aminadab. In tribu filiorum ysachar: fuit prin-

ceps nachanabel filius suar. In tribu zabulon: erat princeps behab filius helon. Deposuitque est tabernaculum: quod portantes egressi sunt filij gerson et merari. Profectique sunt et filij ruben per turmas et ordinem suum: quorum princeps erat heliur filius sedechur. In tribu autem filiorum symeon: princeps fuit salambel filius surisaddai. Porro in tribu gad. erat princeps eliasaph: filius dubel. Profectique sunt et caathice: portantes sanctuarium. Tandem tabernaculum portabatur: donec uenirent ad erectionis locum. Mouerunt castra et filij ephraim per turmas suas: in quorum exercitu princeps erat elisama filius amud. In tribu autem filiorum manasse: princeps fuit gamalibel filius phadatur. Et in tribu beniamin: dux abidan filius gedeonit. Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filij dan per turmas suas: in quorum exercitu princeps fuit abiezur filius amisaddai. In tribu autem filiorum aser: erat princeps phazibel filius ochran. Et in tribu filiorum neptalim: erat princeps abura filius benan. Hec sunt castra et profectioes filiorum israel per turmas suas: quando egrediebantur.

Dixitque moyses obab filio raguhel madianiti: cognato suo. Proficiscimur ad locum quem dominus daturus est nobis. Veni nobiscum ut beneficiamus tibi: quia dominus bona promisit israheli. Cui ille respondit. Non uadam tecum: sed reuertar

in terram meam in qua natus sum.
Et ille. Noli inquit nos relinquere. Tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus: et eris ductor noster. Cumque nobiscum ueneris: quicquid optimum fuerit ex opibus quas nobis traditurus est dominus. dabimus tibi.

Profecti sunt ergo de monte domini: tria dierum. Archaque federis domini precedebat eos per dies tres: providens castrorum locum. Nubes quoque domini super eos erat per diem: cum incederent. Cumque deuaretur archa: dicebat moyses. Surge domine et dissipentur inimici tui: et fugiant qui oderunt te a facie tua. Cum autem deponeretur: aiebat. Revertere domine ad multitudinem exercitus israel.

Exi Interea ortum est murmur populi: quasi dolentium pro labore contra dominum. Quod cum audisset: natus est. Et accensus in eos ignis domini: deuorauit extremam castrorum partem. Cumque clamasset populus ad moysen: orauit moyses dominum. et obsecratus est ignis. Vocauitque nomen loci illius incensio: eo quod succensus fuisset contra eos ignis domini.

Vulgus quoque promiscuum quod ascenderat cum eis. flagrauit desiderio et flens sedens. iunctis sibi pariter filiis israel: et ait. Quis dabit nobis ad uescendum carnes? Recordamur piscium quos comedabamus in egypto gratis. In mentem nobis ueniunt cucumeres et pepones: porrique et cepe et alia.

Amma nostra arida est. Nichil aliud respiciunt oculi nostri: nisi man. Erat autem man quasi semen coriandri: coloris bdellij. Circuibatque populus. et colligens illud frangebatur mola siue terebat in mortario: coquens in olla et faciens ex eo tortillas saporis quasi panis oleati. Cumque descenderet nocte super castra ros: descendebat pariter et man. Audiuit ergo moyses flentem populum per familias: singulos per ostia tentorium sui. Iratusque est furor domini ualde. Sed et moysi in toleranda res uisa est. Et ait ad dominum. Cur afflixisti seruum tuum? Quare non inuenio gratiam coram te? Et cur imposuisti pondus uniuersi populi huius super me? Numquid ego concepi omnem multitudinem hanc. uel genui eam. ut dicas michi. porta eos in sinu tuo. sicut portare solet nutrix infantulum et defer in terram pro qua iurasti patribus eorum. Vnde michi carnes ut dentante multitudine? Flent contra me: dicentes: da nobis carnes ut comedamus. Non possum solus sustinere omnem hunc populum: quia grauis michi est. Sim aliter tibi uidetur: obsecro ut interficias me. et inueniam gratiam in oculis tuis. ne tantis afficiar malis. **E**t dixit dominus ad moysen. Congrega michi septuaginta uiros de senioribus israel. quos tu nosti quod senes populi sint ac magistri: et ducet eos ad ostium tabernaculi federis. faciesque ibi stare tecum. ut descenda et loquar tibi. et auferam de spiritu tuo tradamque eis. ut sustentent te cum onus populi. et non tu solus

graueris. Populo quoque dices. Sanctificamini. cras comedatis carnes. Ego enim audiui uos dicere. Quis dabit nobis escas carnum? Bene nobis erat in egypto. Ut det uobis dominus carnes. et comedatis. non uno die nec duobus uel quinque; aut decem. nec uiginti quidem. sed usque ad mensem dierum: donec exeat per nares uias et uertatur in nauisiam. eo quod repuleritis dominum qui in medio uestrum est et flueritis coram eo dicentes. quare egressi sumus ex egypto. Et ait moyses ad dominum. Sexcenta milia pedum huius populi sunt. et tu dices dabo eis escam carnum mense integro. Numquid ouium et bouum multitudo cedat ut possint sufficere ad cibum. uel omnes pisces maris in unum congregabuntur ut eos faciant? Cui respondit dominus. Numquid manus domini inualida est? Iam nunc uidebis: utrum meus sermo ope compleatur.

Venit igitur moyses et narrauit populo uerba domini: congregans septuaginta uiros de senioribus israel quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditque dominus per nubem. et locutus est ad eum: auferens de spiritu qui erat in moyse et dans septuaginta uiris. Cumque requiescisset in eis spiritus: prophetauerunt nec ultra cessauerunt. Remanserant autem in castris duo uiri. quorum unus uocabatur heldad. et alter medad: super quos requiescit spiritus. Nam et ipsi descripsi fuerant: et non exierant ad tabernaculum. Cumque prophetarent in castris: cucurrit puer et nuntiavit moyse dicens. heldad et medad pro-

phetant in castris. Statim iosue filius nun minister moyse. et electus e pluribus ait. Domine mihi moyses prohibe eos. Et ille. Quid inquit emularis pro me? Quis tribuat ut omnis populus prophetaet et det eis dominus spiritum suum?

Reuerfusque est moyses et maiorem natu israhel in castra. Uentus autem egrediens a domino arreptas transmare coturnices detulit et dimisit in castra: tenere quantum uno die confici potest. ex omni parte castrorum percussit. Volabantque in aere: duobus cubitis altitudine super terram. Surgens ergo populus tota die illo et nocte ac die altero: congregauit coturnicum qui paru: decem choros. et siccauerunt eas per gyrum castrorum. Adhuc carnes erant in dentibus eorum. nec defecerat huiusmodi cibus: et ecce furor domini concitatus in populum. percussit eum plaga magna nimis. Locutusque est ille locus sepulchra concupiscentie. Ibi enim sepelierunt populum qui desiderauerat. Egredi autem de sepulchris concupiscentie. uenerunt in aseroth: et manserunt ibi.

Locutaque est maria et aaron contra moysen propter uxorem eius ethyopissam: et dixerunt. Num per solum moysen locutus est dominus? Nonne et nobis similiter est locutus? Quod cum audisset dominus: iratus est. Erat enim moyses uir missimus: super omnes homines qui morabantur in terra. Statim locutus est ad eum: et ad aaron et mariam. Egredimini

uos tantum tres: ad tabernaculum
 federis. Cumq; fuissent egressi: des-
 cendit dñs in columna nubis et
 stetit in introitu tabernaculi. uo-
 cans aaron et mariam. Qui cum
 uenissent: dixit ad eos. Audite
 sermones meos. Siquis fuerit in-
 ter uos ppha dñi: in uisione appa-
 rebo ei. uel per somnium loquar
 ad illum. At non talis seruus m̄s
 moyses: qui in omni domo mea
 fidelissimus est. Ore enī ad os loqr̄
 ei: et palam n̄ p̄ enigmata et figu-
 ras dñm uidet. Quare igitur non
 timuisti detrahere seruo meo moy-
 si: Iratusq; contra eos: abiit. Nubes
 quoq; recessit que erat sup̄ taber-
 naculum. Et ecce maria apparu-
 it candens lepra quasi nix. Cumq;
 respexisset eam aaron et uidisset
 per fusam lepra: ait ad moysen.
 Obsecro dñe mi: ne imponas no-
 bis hoc peccatum qd̄ stulte comi-
 simus: ne fiat hec quasi mortua.
 et ut abortiuum quod proicitur
 de uulua matris sue. Ecce iam me-
 dum carnis eius deuoratum est
 lepra. Clamauitq; moyses ad do-
 minū: dicens. Deus obsecro: sana
 eam. Cui respondit dñs. Si pater
 eius spūisset in faciem illius. non
 ne debuerat saltem septem dieb; u-
 rubore suffundi: Separatur sep-
 tem dieb; extra castra: et postea re-
 uocabitur. Exclusa est itaq; ma-
 ria extra castra septē diebus: et
 popl̄s non est motus de loco illo.
 donec reuocata est maria. *xiij*

Profectus est de aseroth: fixis ten-
 torijs in deserto pharan. Ibi locutus

est dñs ad moysen: dicens. Mitte ui-
 ros qui considerent terram chanaan
 quam daturus sum filijs isrl̄: singu-
 los de singulis tribubus ex principib;
 Fecit moyses qd̄ dñs imperarat: de
 deserto pharan mittens principes ui-
 ros. quorū ista sunt nomina. De tri-
 bu ruben: semmua filium zacchar.
 De tribu symeon: saphat filiū uri.
 De tribu iuda: chaleb filium iephho-
 ne. De tribu isachar: igal filium io-
 seph. De tribu ephraim: osee filium
 nūm. De tribu beniamin: phata fili-
 um raphu. De tribu zabulon: geddi-
 hel filium sodi. De tribu ioseph scip-
 tri manasse: gaddi filium fusi. De
 tribu dan: amimbel filiū gemalli.
 De tribu aser: stur filium michael.
 De tribu neptalim: naābbi filium
 uaphsi. De tribu gad: gubel filium
 machi. Hec sunt nomina uiroꝝ:
 quos misit moyses ad considerandā
 terram. Uocauitq; osee filium nūm
 ioseph. Misit ergo moyses ad confide-
 randam terram chanaan: et dixit
 ad eos. Ascendite per meridianam
 plagam. Cumq; ueneris ad montes:
 considerate terram qualis sit. et po-
 pulum qui habitator est eius. utrū
 fortis sit an infirmus. pauci numero
 an plures. Ipsa terra bona an mala.
 Urbes quales: murate an absq; mu-
 ris. humus pinguis. an sterilis: ne-
 morosa. an absq; arboribus. Confor-
 tamini: et afferite nobil̄s de fructib;
 terre. Erat autem tempus: quando
 iam p̄t̄o que uue uesci possunt.
 Cumq; ascendissent: explorauerūt
 terram a deserto sin. usq; roob in-
 tranibus enath. Ascenderuntq;

ad meridiem. et uenerunt in ebron: ubi erant abimam. et sifai. et tholmai. filij enac. Nam ebron septē annis ante caenam urbem egypti condita est. Pergentesq; usq; ad torrentem botri. absiderunt palmitem cum uua sua: quem portauerunt in uette duo uiri. De malis quoq; granatis et de ficis loci illius tulerunt: qui appellatus est neclecor. id est torrentis botri. eo qd botru inde portassent filij isrl. Reuer siq; exploratores terre post quadraginta dies omni regione circumta: uenerunt ad moysen et aaron et ad omnem caenam filiorum isrl. in desertum pharian: quod est in caedes. Locutusq; eis et omni multitudini ostenderunt fructus terre: et narrauerunt dicentes. Uenimus in terram ad quam misistis nos: que reuera fluit lacte et melle. ut ex his fructibus cognoscipotest. Sed cultores forissimos habet: et urbes grandas atq; muratas. Serpē enac: uidimus sibi. Amalech habitat in meridie: hethens et icbuseus et amorreus in montanis. Chanaanus uero moratur iuxta mare: et circa fluentia iordanis. Inter hec caleb compescens murmur populi qui oriebatur contra moysen: ait. Ascendamus et possideamus terram: qm poterimus oponere eam. Alij uero qui fuerant cum eo: dicebant. Nequaquam ad hunc populū ualeamus ascendere: quia fortior nobis est. Detraheruntq; terre quam insperant apud filios isrl: dicentes. Terra quam lustrauimus: deuorat habitatores suos. Populus quem aspeximus

